

obedientiam. Vestre significamus paternitati, quod hospitale beati Francisci, quod felicissime memorie E[lisabeth]^{d)} relicta fratris nostri fundaverat, in hereditate nostra situm est, in qua ne^{e)} unum agrum habet vel habuit, qui^{f)} ad nos cum area, in qua ipsum edificatum est, ex parte fratris^{g)} nostri non devenisset. Cum vero tam ex sua simplicitate quam forte ex quodam^{h)} stulto consilio prefatum hospitale assignaret fratribus hospitalis 5 Hierosolomitani, nos facto eius omnibus modisⁱ⁾ contradiximus pro eo, quod nihil iuris tam in area quam in aliis, que supra dicto hospitali beati Francisci assignaverat, nisi quamdiu viveret, ipsi a nobis fuit assignatum. Ipsa vero mortua ad instantiam magistri C[unradi] de Marburg predicatoris, quia omnia^{k)}, que facta fuerant circa iam sepe dictum^{l)} hospitale, videbantur inania et nullius valoris, secundum facultates nostras dotavimus et 10 ab omni iure, quod in ipso habuimus vel posteri nostri essent habituri, liberum^{m)} dimisimus, sicut in littera nostra super hoc concepta potest videri. Unde vestre supplicamus sanctitati, pater reverende, quod ob dilectionem, quam habuistis ad supra dictam fratris nostri relictam, factum ipsiusⁿ⁾ confirmantes hospitale supra dictum in omnibus, quibus scitis et potestis, dignemini promovere. 15

482.

Landgraf Heinrich schlichtet einen wegen Wasserbauten an der Unstrut zwischen dem Kloster Pforte und dem Dienstmann des ersteren Eberher, Ritter von Weissensee, entstandenen Streit. Vergl. No. 423. Landding Mittelhausen, 1233 Jan. 7.

Hilschr.: Kop. Perg. Dipl. Portense (Saec. XIII) fol. 37 und Transsumptbuch (Saec. XVI) fol. 147. Bibliothek der 20 Landesschule Pforte.

Gedr.: Böhme, Urkundenb. des Kl. Pforte 130.

In nomine domini. H[einricus] dei gratia Thuringie lantgravius et Saxonie comes palatinus. Noverint omnes, ad quos presens scriptum pervenerit, quod Heuerherus miles de Wizense ministerialis noster abbati et conventui monasterii Portensis questionem 25 movebat super eo, quod ipsi iuxta ripam fluminis, quod^{a)} dicitur Vnstrut, in predio proprio, quod dicitur Ver, aggerem quendam fecerant, quo tuerentur agros suos contra impetum fluminis inundantis, quo idem Euerherus in prediis suis, que in altero litore possidebat, se grave pati asseruit detrimentum, nec non super eo, quod ipsi quendam eiusdem aque meatum obstruxerant, super molendino quoque, quod in eodem flumine 30 fuisse asseruit, ex quo quedam beneficia percipere consueverat annuatim, licet ipsi fratres affirmaverint nunquam fuisse ibi molendinum, ex quo eadem ad eos predia devenerunt. Insuper cum filiis Mechtfridi^{b)} cognatis suis duos mansos et dimidium iam dicte curie adiacentes peciit ab eisdem. Pars vero monasterii contra predictum militem proponebat, quod in salictis, pratis et agris arabilibus decem et novem iugera abstulerat eis et detinuit 35

481. d) Elisabeth B C. e) in qua ne] ita quod nec B C. f) que A. g) patris B. h) quorundam B C.

i) modis omnibus B. k) quia omnia fehlt B. l) iam dictum B. m) liberavimus A. n) nostrum B C.

482. a) qui Dipl. und Tr. b) Mecht Fridi T.